



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Flores Directorii Inqvisitorvm**

**Bariola, Luigi**

**Mediolani, 1625**

Illvstriss. Et Reverendiss. D. Cæsari Montio, Assessori Sanctæ Vniuersalis  
Inquisitionis in Vrbe, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11434**



ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

# D·CÆSARI MONTIO,

Assessori Sanctæ Vniuersalis Inqui-  
sitionis in Vrbe,

*Et Consultori in Sacra Congregatione de  
Fide propaganda.*

Fr. Aloysius Bariola Augustinianus F.



*VINDECIM iam sunt an-  
ni , cum hoc opus pu-  
blici iuris feci amicorum  
non tam rogatu , quam  
vi coactus. Interim opus expoliui se-  
cundis curis , quæ solent esse meliores:  
auxi productis sacris Canonibus , &*

a 2 Do-

Doctoribus , qui res eò contentas ac-  
curatè pertractant : Et præcipue sen-  
tentijs Eymericj , Et Pegna dicta mea  
corroborauit . Addidi noua consilia ;  
rebus apud me dubijs , Et obscuris de-  
di lucem : locupletavi Pontificij Con-  
stitutionibus , quæ præteritis his annis  
prodierunt : quo factum est , ut no-  
num opus propemodum esse videa-  
tur . Dixit quidem philosophus ma-  
gni nominis , esse facile inuentis ad-  
dere : sed non facile est inuenta ido-  
nea conuenienter suis aptare lacis .  
Precibus iterum amicorum fatiga-  
tus , qui negant ullum exemplum  
prima impressionis reperiri , libel-  
lum iterum in lucem edo , sed sub lu-  
ce tui clarissimi nominis , qui tam  
scienter de rebus huiusmodi nosti iu-  
dicare . Tu enim sub trium Sum-  
morum Pontificum auspicijs , non  
mi-

minus egregiè , quàm viriliter in Ec-  
clesia Romana & castris militasti , ma-  
gnis honoribus consecutus testimo-  
nium virtutis . Primum quidem à  
Paulo Quinto recol. mem. inter Pra-  
latos sacra Consulta totius Ecclesia-  
stici status adnumeratus : deinde à  
Gregorio Decimoquinto fel. record.  
in supremam S. Inquisitionis Con-  
gregationem Consultor adscitus : po-  
strem ab Urbano Octavo feliciter  
Ecclesiam Christi gubernante Congre-  
gationi de fide propaganda adscrip-  
tus fuisti . His laboriosis muneribus ,  
qua validissimum quemque singula  
fatigassent , tanta facilitate ingenij  
tui , tanta omnium admiratione , com-  
mendatione q̄ omnibus eodem tempore  
perfunctus es ; ut idem Urbanus in  
Tribunali eiusdem supræma Sanctæ  
Inquisitionis Assessorem à curis pro-

paganda fidei, minime auocatum, nuper constituerit. Merita quoque uniuersæ familia tua in me postulant; Illusterrimi Senatoris Patris tui beneficia exigunt; suadet benevolentia Marci Antonij fratris tui Juris Consulti Collegati, & Consultoris Sanctæ Inquisitionis in hac Vrbe, & nuper Regij Fisci Aduocati, à Catholica Maiestate electi, signum hoc grati animi, & obseruantia erga te mea. Fratris inquam Tui, quem ingenium singulare, doctrina exquisita, eloquentia in amplissimo Senatu s̄a pe perspecta, & ipsius supremi Ordinis luculento testimonio dum ab eo Regius Fisci Aduocatus designaretur cumulate laudata; humanitas denique, ac suauitas morum incomparabilis, iteratis Ciuium votis, dum eius Praefectus destinaretur abunde

te-

testata; Senilis denique in floreti etate prudentia, & in negotijs tractandis eximia diligentia in Vicarij Provisionum hoc est Patriae administracionis munere obeundo omnibus probata, ad Aui; Patrisque Senatoriam dignitatem cursim euehunt. Nequam despicere debes hoc munusculum, quod non sit recens, ac nouum. Nam aurum recoctum purius, ac pretiosius esse consueuit. Aurum, voco meum hoc Opusculum, non quod aurum putem ab ingenio meo prodire potuisse, sed quod ex aureis gravissimorum Auctorum libris, tamquam fodinis erutum sit, atque conflatum. Viue feliciter. Mediolani Idibus Iulij 1625.